

sciem sacri Prophetae. Sunt futura multa, quae abscondita non sunt, quippe necessaria. Haec praedicere, non magni ducendum: praedicere futurum absconditum, sane magnum; nimirum fore, quod potest esse, & potest non esse, dependens a libera voluntate. Unde dignitas, honorque Vatis maximus; quia non tantum praedixit, sed & ostendit sine dubio infalibiliter futurum, & futurum ita & non aliter; quod quia contingens, nec ita quibatur esse, nec futurum. Siccine exponemus singulariter, sed genuine, obivium Davidis testimonium. *Incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi*: dicit Domino. Aptissime cuncta, ut facer luceat Propheta. *Incerta* dicuntur vaticinata, estis infallibilia; quoniam contingentia: *Occulta*, quia ex se occultum; ac sigillatum; an contingens sit futurum. *Sapientiae Dei*, quoniam ad Dei sapientiam attinet cognoscere futurum contingens, a voluntate creaturae dependens: & ita contingens futurum cognoscit, ut praedicere possit, si velit: siquidem illi non est futurum contingens, sed omnino praefens; quod futurum & celeratum, quia eius cognitio ultra facultatem hominum. Deus cuncta intellectu penetrat: Propheta pariter, quum Deus illuminat: Prophetaque cognoscitur Pfates Regius; quia Deus qui diligit veritatem, manifestavit illi occulta intellectui humano, vivacitatique mentis, & etiam incerta rationalis voluntatis, quae quidem omnino spectant ad Dei vigilem sapientiam. Propheta, ut diximus supra, & est cum divine inspiratur ad cognitionem Prophetae, & est in cognita divina inspirationis enunciatione. Propterea Isaias, propheta non tam fuit (est) necessarium ad enunciationem lumen) ab eo quod incerta & occulta cognovit quam quod praedicens incerta & occulta ostendit: siquidem per incerta occulta ab illo ostensa, claruit, quod illuminatus inspiratione divina.

Pfalm. 90. 8
Unde infertur
prophetiae

Isaias propheta
incoltuus

Ital. 41. 22
25

Exergasia

Gen. 49. 1

Geminatio
aliquando
est expositio.

Maluend.
Hebr.

1. Reg. 2. 3

Nat. Com.

40 Quod additur, exergasia est: tanquam exponitur per particulas exergaticas, v.g. *Nimirum, id est, Videlicet, &c.* quidquid geminatur. *Ostendit futura & abscondita*, nimirum, quae ventura. Eodem sensu, cap. 41. 22. *Priora (id est) quae fuerunt ante* Exergasia nos. v. 23. *Annunciate quae ventura sunt* (scilicet) *in futurum.* Idem Genes. 49. 1. *Ut a nunciam quae ventura sunt vobis* (hoc est) *in diebus novissimis.* Perf. *Notum faciam vobis quodquod supervenerit vobis in fine temporum.* Est profecto vulgaris idiotismus in Biblijs. Sapient. 11. 2. *Per deserta* (id est) *quae non habitantur.* Baruch. 3. 26. *Gigantes* (hoc est) *statura magna.* Rom. 8. 21. *Creatura liberabitur a servitute corruptionis* (nimirum) *in libertatem gloriae.* Etiam est Hellenismus. Euripid. in Ion. v. 280. *Infans* (videlicet) *recens natus.* Homer. 22. *Odyss. v. 69. Secundum, rursus.* 20. *Iliad. v. 169. Velociter, pedibus celer.* Sophocl. in Trachin. v. 1058. *Sic intuear lapsam.* Sic ita sic. *Placuit stylus Latinis.* Plaut. in Casin. Act. 4. scen. 4. v. 3. *Vincas virum, victrixque sis.* In *Persa*, Act. 5. scen. 1. v. 1. *Hofibus vicis, civibus satis, re placida, pacibus perfectis.* Virgil. 3. *Aeneid. v. 339. Superatne, & vesitur aura?* Ovid. 10. *Metam. fab. 9. Mors placet, laqueoque innectere fauces.* Calpurn. *Ecl. 1. v. 53. Inmergent quae caput tenebris, lucemque timebunt.* Horat. 1. *Carm. Od. 22. v. 1. Integer vita, scelerisque parus.* Martial. lib. 11. *Epigr. 7. Licet, nec vetamur.* Propert. lib. 2. *Eleg. 1. v. 13. Nuda, erepto amictu.* Mantuan. *Ecl. 7. v. 112. Transit in effugium monstri: dum volvere linguam, atque loqui tentat, mugit, &c.* Senec. *Epist. 100. Humilia omnia, & parum erecta.* Halicarnas. denique, 11. *Antiq. Rom. cap. 20. Nubilis puella, viroque matura.* His testimonijs astruitur stylus Biblicus, quo exprimitur per particulam exergaticam, vel per secundam sententiam, aliquid attentione dignissimum. Idem ad maiorem sententiae inculcationem: ait Maluend. in loc. *Genes. cit. & nos firmavimus, num. 3. Unde Hebr. Praemonstravit futura, & occulta arcana abscondita, antequam fierent ea.* Quo vides eadem pluribus vocibus geminata. Unde futura & priora idem sunt, ac quae fuerunt & erunt: dicunturque *Priora*, quae fuerunt, & futura quae erunt, vel antequam evenirent, in maiorem expressionem cognitionis Prophetae, vel praescientiae Dei, cui preparantur ipse cogitationes: sicque respicerent Israélite a stulticia consulendi idola, cum solum Deus priora & futura noverit, & cui revelare voluerit. Merito Anna dixit illis: *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Recedant vetera de ore vestro; quia Deus scientiarum Dominus est.*

41 Vidimus supra cum enunciatione futurorum coniungi praescientiam, praedictionem, vel praenotionem. Sic Natal. Comes lib. 6. cir. cap. 12. subdit: *Cum loquerentur statua, & ventura praedicerent.* Ni in maiorem fieret sententiae declarationem, supervacaneum videretur ly *Ventura*, si iam expressa praedictio; quae quidem

vox signat vaticinium, & praenunciationem futurorum. Qua de causa quod additur est expositivum, seu exegeticum: pateatque, quippe eadem alibi sine Pleonasmio simpliciter profertur. *Isai. 41. 22. Nuncient nobis, quae futura sunt.* Cap. 42. 9. *Novae, antequam orientur.* Icirco dum Tautologia efformatur sequenti voce, aut periodo, est confirmatio sententiae prioris: sensusque exponitur subintellecta particula exegetica. *Ostendit futura*: id est, quae ventura erant. Ex eo quod de Isaias hic non dicitur *Pradixit*, sed *Ostendit*, liquet, quam clare futura mysteria praedixit. Ita manifeste ostendit, ut magis videatur Evangelista, quam Propheta. Vide in quibus summam apud Alapid. hic.

Quae firmatur prius sententia.

Cur Isaias dicatur Evangelista

Quae prius & post, quae tunc, & quae saecula futura, Splendida sunt radij irradiata suis.

42 Manent pro viribus cuncta exposita. Versiones variae sunt. *Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.* Caetera. *Indicavitque ei Samuel omnia verba, & non abscondit ab eo.* Maluend. *Annunciavit ei Samuel omnia verba, & non abscondit de ab eo.* Ergo enuncietur aliqua, quin abscondamus bona ad bonos mores.

Varietas lect.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Indicavit, &c.* Cuncta indicavit, ex quibus nihil abscondit. Quorsum haecina? Ut constet virtutum claritas, & claritatis summitas. Indicatur quam grata Deo erga inimicos dilectio, sed dilectionis huius absconditur magnitudo. Virtus est amare: magnitudo, cognoscendo nescire: Christifque dum dilectionem universam indicaret, nihil in dictis abscondit; quippe non solum virtutem, sed virtutis indicavit perfectionem: equidem ita dilexit, ut neque iniurias, neque inimicos cognosceret.
2. *Indicavit, &c.* Si indicatum universum, nunquid aliquid absconditum? Utique, in Christi passione. Hac mors mortua, sed vita abscondebat in poena: Christifque qui universa per passionem indicavit, gloriam occultam hominibus non abscondit; quippequam illo surgente, homo qui confors vitae, fuit etiam gloriae.
3. *Indicavit & non abscondit.* Qui penitens crimina confitetur, abscondit, quaque indicavit. Latet sane quicquid dicit: igitur abscondit in animae sanitate, quicquid loquitur per iudicem.
4. *Indicavit & non abscondit.* Confessione vulnus animae deletur, verum sine penitentia cicatrix quasi signum in compunctionem relinquitur: diciturque de Samuele, universa indicasse, & nequicquam abscondisse; ut virtus insignis claresceret penitentiae: quandoquidem ita per illam absconditur universum; ut peccati de quo dolor, nec cicatrix, nec velligium.
5. *Indicavit, & non abscondit.* Quomodo si dicere timuit, ex dictis modo nihil abscondit? Si ex veritate, indignationis periculum; dicendum & non dicendum. Dicendum, quasi loquens universos sermones abscondat: tacendum quasi nihil non ostendat: verum si ex occasione nullum periculum; quicquid latet in pectore pro veritate aperendum.
6. *Universos sermones indicavit, & non abscondit.* Cogitavit Scholastica industria, quomodo aliquid absconderet, postquam fratri Benedicto universos sermones indicasset: igitur exegit latenter a validiore miraculum, cum non invenisset vel in fratre misterium.

DIDASCALIA PRIMA.

Dilectio perfecta inimicorum usus sine usu rationalium potentiarum.

Beneficio ex diametro contraria apparet iniuria, teste Seneca, 4. de Benef. cap. 15. At magni animi est, accepta iniuria rependere per contraria: maiestatem enim aluit, currenti caecae in opprobrium, insperatum occur-

Gratia fratris
igitur ira.

ocurrere beneficium: frangitur enim perficitur frontis audacia, comite beneficentia. Semper enim profant.

Ovid.

Munera que aiantur. Hæret vitata peccatoris ferventis ira, pro telo conspecta gratia: etenim compungitur pedus, quum gratia cuspidem sentit accepisse vulnus. Aptè Plautus in Eudent. Act. 3. scen. 2. v. 12. Prætorquetur iniuria collam, priusquam perueniat.

Plaut.

Dulcis dicitur ultio cordi irato. Non potest esse ex dolore dulcedo: equidem iniuriam, quam sepelierunt labia, prodit vindicta. Magni animi est (subdit Seneca, 2. de Ira, cap. 32.) iniurias despicere: ultionis contumeliosissimum genus est, non esse visum dignum, ex quo peteretur ultio. Stoicè loquitur, vel arroganter, vel infensatè: igitur quod pulchrum, ferre & oblivisci; ultra sensum & rationem, non cognoscere. Appositius Publ. Syrus in Mimis, vers. 231. & 237.

Publ. Syr.

Iniuriarum remedium est oblivio: Feras, non culpes, quod mutari non potest. Equidem iniuriarum vulnere medicina, oblivio, patientia & gratia: oblivio creditur memoria, gratia voluntati, patientia rationi; ut harum potentiarum inuitato exercitio clareat singularis homo, dignissimus celo.

De medicina iniuriarum.

2. Respice in faciem Christi tui, ut in eandem imaginem claritatis transformeris; igitur nati sumus, ut illius imaginis simus conformes. Comprehenus, & adductus ad Annam, post acceptam eoram illo alape famuliozem contumeliam (Nunc summe toto Deus caelo tonas, Intende dextram, vindices flammæ para,

Senec.

Omnemque ruptis nubibus mundum quate.)

Marc. 14. 65

Addidit morti: Et ceperunt conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cadere. Igitur crubescant, qui templa inverecunde profanant: equidem sine rubore conspuunt ac offendunt Redemptorem, & facie ad faciem. Faciem eius velantur, ut offenderent Iudæi, ab eo multis crebrisque gratijs dignati, simulque peridi: facie modò velatà, ut ingratorum occuleretur perfidia; quandoquidem prius fecissent coram facie, ni formidarent agnosci. Præut cuique commodum, aptabant in observatione culgum: modoque conspuebant, quem pridem desiderabant; quippequam Præ-

Reverentia templi debita.

di lenocinium, quodlibet innocenti atque benefico opprobrium: in maioraque tuerent impudenter audaces, propter complacentiam Præsidis. Hæc fere munera turpis amicitia: igitur interveniente ambitione; in opprobria convertitur gratia, maximè si casu fautor verterit terga quinimò si non verterit, propalam faciet. Hispanicè: Si no vuelvo differer el rostro à la injuria, cara à cara le darà la bofetada.

Ambitio in benefactor audax.

Haud sperere in faciem plebs execranda querevit.

Sedul.

3. Sic Iudificatus Dei filius, à quo tolerantia iniuriarum altè præscribitur modus. Spuitur, caditur, colaphizatur, sed tacet: impellitur, ligatur, opprimitur, verum filiet. Quasi non sentiret, stat prudentia & patientia manus est: equidem doloris acuerent acumen, si micaret aliquomodò, primum sensitse dolorem. Clausis oculis despicitur Christus, cuius & velata facies: ita manet inimicis persequentibus, totius concilij iniuriarum scopus, exequens illarum vehementiorem cruciatum ex notitia persequentium, quæ animum in vindictam percellit, dum inimicos, iniurias patiens, agnoscit: etenim qui renuit ex corde ultionem, propositò velat faciem; quoniam promptius qui percussus contumelia obliviscitur, si inimicitiam cognoscens, inimicus non cognoscitur. Repellere intendit sicine perpetuus Christus, quod magis in acceptione iniuriæ nostrum interturbat pectus, non operientibus faciem ad inimicorum iudicem: igitur læpèpius magis quàm à dolore offensa, nascitur dolor à cognitione inimici. Idem in hominis corde persequentis cognitio, ac ultionis recordatio. Difficilius eicitur, quàm non admittitur huiusmodi hospes, in cruciamen mentis, & assultum voluntatis, proculcata ab ingrato, sæpissimè à corde pessimo, torra denique in rationis equuleo; quippe facta carnifex, ut voluntas in ultionem ruat, quæ obesse debet, ut quiescat: Christusque in exemplum tor patitur opprobria facie vellatà, ut in ultionem maneat inimici nec notitia. Oblivisci iniurias, iniuriarum proponitur medicamen: aliud præstantis modo in perfectionis culmen, dum Christus iniurias subit, & faciem occulit. Nil oblitum, quin præcognitum: igitur quod non cognoscitur, memoria non obliviscitur. Magnum utique, si post cognitionem persequentis, cognitio pun-

Facilius indiget pœnitenti, si ignoratur iniuriam.

Deo sensu iniuriarum nulla debet esse oblivio.

Publ. Syr.

gens traditur terræ oblivionis. Insignè prorsis scire penam, & nescire studiose per quem illatam; quippe ubi arceret inimici cognitio, nulla est ultionis sollicitudo. In documentum nostrum, cistò sciret, Congregata sunt (ait) super me flagella, & ignoravi. Verberatur, sed duntaxat verbera cognoscuntur; quin dirigeret aciem cognitionis in verberantes. Si in hos intenderet, vindictam sollicitaret: & in patientiam flagella, & non cedentes cognovit; quoniam longè à læsione & flagellantium vindicta, cum cadentium ignorantia. Maius utique ex offensa memoria obsequium, quandiu memoriæ læsæ nullum officium: Christiisque sine notitia patitur facie velatà; ut nil sit, de quo possit oblivisci memoria.

Publ. Syr.

4. Denique Salvatorem pugnis ceciderunt, salivâ conspuerunt, atque faciem velaverunt. En patientia atque discretiois speculum, ut imitemur in tribulationem modum, nec quæramus vindictam, dum hostes inferunt in dolorem offensam: equidem cum ut rutillet in inimicos charitas, debeat relegari de illis supervacanea curiositas; operuit faciem illatis iniurijs à facie inimici & perfectionem: quippequam in tribulatione de illis non debet tribulatus inquirere, sed duntaxat humeros supponere, cervicem flectere, penam subire, labores ferre, atque lumina claudere. Vernacule: Para que sean à los ojos de Dios los trabajos acceptos, sufrir, y cerrar los ojos. In multis ad subeunda pro Deo quæque, haud fugit animus, imò valet pectus; sed in curiositate acriorem patiuntur penam quam fodicantem iniuriam; per vanissimam perfunctoriè sollicitudinem, augentes nimis velleantem dolorem. Consulunt tolerantia, sed non prudentia; cui etiam consulerent, modò ad lætus faciem operirent: equidem prudentia est, oculos operire; sicut patientia manus, labores tacite ferre. Altiore etiam docuit, dum talia ac tanta pro nobis Salvator pertulit. Sciebat lædentes iniurios, & claudit oculos. Videbat iniquos persecutores, sed erat operata facies; ut indulgeret homo facilius, à quibus pateretur inter opprobria cruciatus: equidem magne in Deo dilectionis commendatio; tolerare iniurias, quasi persequentes non videret: opprobria ferre, quasi non agnosceret.

Modus ferendi iniurias, ut floreat cbaritas.

Senec.

5. Altruat Senec. quo dudum. Inhumanum verbum est Ultio. Marc. Catonem (inquit) quidam percussit imprudens, Tom. V.

Quis enim sciens illi faceret iniuriam? Poesea satisfaciendi, Caio, Non memini, inquit, percussum me. Melius putavit non agnoscere, quam vindicare. Sciebat à quo accepterat iniuriam; ulticendam prorsus modo testem advocare memoriam: & in articulo vindictæ criminis, meminit duntaxat oblivionis; quippe facilius indulget, qui agnoscens crimen, non meminit: longe utique ab ultione iniuriarum & læsione inimicorum, qui negat factum: igitur vindicta non recordatur, cuius crimen non agnoscitur. Crucem passus obviavit Salvator duobus discipulis, revocantibus in mentem eius tormenta passionis: & cum illi nararent, quæ facta sunt, illis ille dixit: Quæ? Didicistis hæc quæ passus est, & interrogat? Proculdubio non ignorat; sed docet modum in condonationem illatarum iniuriarum: igitur cum ultionem audacia tanta à potente ulcisci, exigeret, & ille indulgere veller; fatius cogitavit non agnoscere, quam vindicare. Minime iniuriarum perpetrabit ultionem, quatum non habet speciem. Indicaret habere, si in oblivionem iniurias traderet cor: & colloquentibus ille dixit aptè, Quæ? quia longè erat à vindicta, cuius passionis in patiente nec memoria. Memoria non est sine specie in cognitionem; & ille de passione tanta inquit, quasi speciem non haberet. Cuncta qui passus scivit, & pectoris etiam vulnus, & interrogat quæ passus; ut homo condonet emicenter iniurias, etiam clarissimè notas: quandoquidem patienter & scienter cuncta pertulit & in vindictam quasi non agnosceret. Appositius in propositum. Discipulis dixit Quæ? At non inquit, A quibus? Illi referunt non solum iudices hostes, sed etiam modum in damnationem crucis: Quomodo eum tradiderunt Summi Sacerdotes & principes nostri. Adhuc faciem ostendit velatam: sanequam renuit vindictam, qui in articulo validæ ultionis, noticiam præmittit de inimicis. Et hos & iniurias sciebat; sed dilectionem erga persecutores demonstrabat: igitur si pœnas subivit quasi nesciret; passus est hostes, quasi non agnosceret.

De iniuria, tantum memoria oblivionis.

Luc. 24. 19.

Imò in memoria venerationis nec speciem.

Verf. 20.

1. Reg. 3. 18

6. De Samuele dicitur, imminente ruina Heli: Indicavit ei universos sermones, & non abscondit ab eo. Nihil absconditur, si univèrsam indicavit. Cur ergo dicit, si cuncta indicavit, quod nihil ex indicatis abscondit? Dicitur multoties ad perfectionem virtutis claritas, Ecce &

Magnam, & absconditur simul virtutis sublimitas. Indicatur quam grata Deo erga inimicos dilectio, & una huius dilectionis absconditur magnitudo. Virtus est amare: magnitudo, cognoscendo nescire: & cum Christus dilectionem universam indicaret, nihil de virtute in indicatione abscondit; quippe non solum indicavit virtutem, sed virtutis perfectionem: equidem ita dilexit; ut nec iniurias, neque inimicos cognosceret. Cui mundi oculi, non videt malum, estò mali atque malum sit obiectum: quia mundi perspicacius visuri; & Salvatoris exponuntur sine ulla erga malos sensatione; igitur hi licet in vindictam provocent, summam patientiam, quoad ultionem nihil vident. Qua arte patientiam vindicetur iniuria, dicemus alibi. Modò in nostrum argumentum.

Habac. 1. 13.

Persecutio est in caelestia legatio.

Mat. 18. 2.

Insuper est constantia, dum premit iniuria.

Apoc. 4. 6.

Magnum, & absconditur simul virtutis sublimitas. Indicatur quam grata Deo erga inimicos dilectio, & una huius dilectionis absconditur magnitudo. Virtus est amare: magnitudo, cognoscendo nescire: & cum Christus dilectionem universam indicaret, nihil de virtute in indicatione abscondit; quippe non solum indicavit virtutem, sed virtutis perfectionem: equidem ita dilexit; ut nec iniurias, neque inimicos cognosceret. Cui mundi oculi, non videt malum, estò mali atque malum sit obiectum: quia mundi perspicacius visuri; & Salvatoris exponuntur sine ulla erga malos sensatione; igitur hi licet in vindictam provocent, summam patientiam, quoad ultionem nihil vident. Qua arte patientiam vindicetur iniuria, dicemus alibi. Modò in nostrum argumentum.

7 Mari consentur persecutio malignantium (hinc inde navem pectoris quantibus fluctibus tribulationum) excitantium in suffocamen procellam, ut aquæ intrent usque in animam. Qualibet persecutio est recta in caelum legatio: sagittis afflictionum percutitur, dum navis cordis suspens per mare fertur: at mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. De sensu literali plura dicimus in Ephemer. Ifagog. Septemb. n. 17. In vasis papyri navigatio & sine ullo periculo? Si papyrus madet, fluctuat, non navigat. Quomodò igitur quassata feret procellas, si papyrus super aquas? Navis papyri cor est perferens tribulationem persequentium, in mari procelloso persecutionum. Rumpitur, rupta patientia: navigat patientia salvâ: conferturque constantia navi papyri, ut clareat virtus patientia: equidem resiliit fluctui procellosi maris, sine ullo fragmine gravati fluctibus cordis. Vividius vernaculè: *Resiste la borrasca desecha de todo un mar en el papel leve de su corazon; sin que se rompa sin la paciencia el papel.*

8 Inimicos fratres lephte fugit, illud ac inferos apexit. Dum fratrum im-

placabilis vigerit malevolentia, effugium duntaxat fuga: equidem semel laesa frantum corda irritant magis dilectionis obsequia. Quò plus corpora ægra nutriuntur, magis tabescunt. Unde Hippocrates lib. 7. Aphor. 67. subdit. *Non purgatis si dederis sorbitivum, & quanto plures dederis, tanto magis nocent.* Non purgato in inimicitij corde, viscera putrescant bile: & putrida viscera fastidio amoris averfa, non placant, sed offendunt dilectionis studia. Fugit ergo fratres lephte gratis infelios, cuius inter extraneos excelluit virtus: igitur fratres afflicti ab hostilitate inimicorum, eius coacti implorant auxilium, offerentes Principis lauream, in quem tantam immerito exercuerunt iracundiam. *Esto princeps noster.* Sicine optimè conciliatur amicitia, per opera nimirum pricis contraria. Nonnulli videntur erroris delendam speciem, modò pluribus coloraverint errorem. Quia iniuriam fecerunt, facient: quippe cooperunt, perficient, prius eligentes infeliciter perire, quam leviter in commoda cedere: Principisque lephte ab his datur auctoritas, a quibus graves proflus accepit iniurias; quia citius illarum è corde expungitur dolor, ubique ab inimicis agitur honoratur. Si de iniurijs aliquas excusationes fugessisset memoria, exarebarentur ulcera: illasque qui inimici studiose prætermittunt, atque principatum offerant; quoniam haudquaquam veniunt in iniuriarum certamen, sed in cordium averfantium firmam reconciliationem. Hinc non venit ad illos lephte, sed ad lephte perreperunt illi. Acceperunt Principem, quem noluerunt fratrem, ad illum primò accedentes, quem affecerunt iniurijs, & studentes prudentia; ut reconciliatio fieret ab utriusque toto corde: igitur ius est, quòd in reconciliationem percussum probis inquirat, qui iniuriam sine causa ductus pravitate fecerat.

9 Accedentibus ergo dixit lephte, memoria pungente cor: *Nonne vos estis, qui odistis me? Amicitiam queritis pravâ mente; quia non ex corde, sed ex necessitate; quod quidem supplices repellunt, dum munus Principis offerunt: etenim ni amorem, sed amicitiam sollicitarent speciem, nolent profectò inimicum potentiores: fecerunt sanè iniuriam, sed obsequijs volunt veniam: quandoquidem quos odium impulit, Princeps ad pedes vel sub pedibus habet.* Razoy

Pravitas cordis irritatur obsequijs.

Hippoc.

Judic. 11. 6

Prius eligit perire, quam cedere.

Verf. 4. Quærat veniam, qui fecit iniuriam.

Verf. 7.

Verf. 8.

Spe veni iterantur iniuria.

Ocaso veni blandimur Principi.

Et Gloria.

Nascitur gratia condonationis ex confessione criminis.

Senec.

Inimicæ venia, vindicta.

es (dicunt Nostrates) que tanto desaire olvide, quando postrados vienen a desagraviarle. Obiecit ergo illis lephte, quicquid factum ex maligna voluntate. *Nonne vos estis (inquit) qui odistis me? Quid ergo persecutores ad hoc? Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus.* Videtur impudentia, vel audacia, auxilia querere propter confessa delicta. Nihil mirum: nonnulli in iniurijs abutantur patientia; iterantque probra, puncti nobilitate generosa indolis, ingenuitate pectoris, atque facilitate remissionis: igitur oblivio ultionum eos apparet acuminis sagittarum. *Ob hanc causam.* Quia accepit indignè offensam? Utrique. Quod videtur vana confidentia audacium, est Principis lenocinium. Assentantur nobili pectori, dum causam gratia prudenter exhibent commendationem iniuriz: igitur nullum maius blandimen maligno Principi, quam occasio optata malignantibus parcendi. Dialectò nostra: *Es la mayor honra, ponerle en ocasion de perdonar una injuria.* Hac de causa cum illis vadit, quorum prius indignationem & malevolentiam sensit: igitur placuit estimatio supplicum, iniurias ac invdiam consentium; dum illius construxerunt inimici celsitudinem, ex eo quòd iniurias præteriret & ulciscendi occasio nem.

10 Insuper. Orant affectum & percussum iniuria, ut illos protegat non alia de causa. *Ob hanc igitur causam ad te venimus.* Haud simulatè excusant; sed quia hostes, protectorem implorant, ut magis retuli maiestas Principis ex gratia condonationis: quandoquidem auget iniuria perciti gloriam, parcere ex toto corde consentibus iniurijs. *Ob hanc causam, dum venimus supplices, & in manus ultoris, qui munus renouit, quantumvis percussus, vindicis: igitur vel in ludentes ladente, vel hostium hoste, vulnerè gravi, aneo corde, si videt insectum supplicem, in dedititios gladius non habet aciem.* *Ob hanc causam, & tuam sine sanguine victoriam.* Cum ab inferioribus (inquit Senec. 1. de Clement. cap. 21.) potius, violatusque est; si quos pares aliquando habuit, & infra se videt, satis vindicatus est. *Perdidit enim vitam qui debet: & quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite suo sententiam expectavit; in seruatoris sui gloriam vivet.* Floridè & ingeniosum facinus lephte: equidem vidit humiliter sup-

plices, quos expertus fuerat invectundè insolentes. Altius meditatur Chrysofom. *Maius atque admirabilis est* (Homil. 34. in Matth. inquit) *mentem adversariorum commutare; & animam in diversum transferre; quam illos occidere.* Inimici qui lephten tribularunt, infirmati sunt & ceciderunt. Ocaso obvia vindicta, si vellet uti: verum longè ab animo huiusmodi vile propadium, intendente ad inimicorum commodum. Maluit, animos illorum in adversa commutare, quam occidere: igitur magni fuit honoris, in patientia adversitatis, fateri animum hostilem, sine merito excitatam in illum persecutionem.

11 Demum. Iratum lephten agnoscent, verum enim verò accidunt. Causam præbuerunt in iram, & protegendi accesserunt *ob hanc causam.* Causa erat in vindictam, quippe ob expressam in illum malevolentiam: & exponunt mulcimen, quod irritat in ultionem? Etiam. Nullam efficaciorè possunt cogitare causam: equidem cum vehementior causa haud sit generoso pectori, quam in favorem nullam causam invenire; proponunt offensam iniuriam, & auxilium ob hanc causam: igitur ipsa causa danda ultioni, promptior causa in confessione condonationis iniuriz. Pende. *Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus.* Hostes fulmus & venimus ad te: & nunc. Pridem non. Pridem haud valebas nisi sugere: dubiumque esset, an parceres ex necessitate. Modò prævales, & iniuriz remissione præstabis: etenim tibi magnam (potissimè in Principatus culmine) valere nunc ulcisci, & modò nolle. *Ob hanc causam venimus nunc ad te, ut protector noster sis.* Mala causa, ni perfectionem subeuntè vidit adesse patientiarum ratio excitare iram in inimicos, estò ab illis datus honos: verum cum patientia incumbat ad hostium commoda, ex iniuria bona causa: igitur cognoscens hostes libentissimè indulgit, cum ipsa ratio ex vulneribus in ultionem provocaret.

12 De Aristide, ait Plutarch. in eo, & Ravif. Text. 3. *Offic. cap. 14.* *Post Plutarch. multa in Remp. beneficia, tandem sua virtute incidit in odium malorum, quorum invidia pulsus in exilium: ubi tandem Deos precatus est, ut omnia Atheniensibus pro voto & animi sententia bene succederent. Quid inde? Ab urbe & in urbe desideratur: amplius, dum eius auditum votum: & qui exul egressus Athenis, iun-*

Chrysof.

Conversit animam inimicorum.

Remissionis iniuriz magis excelsa, ubi ad illi nulla causa.

Et ubi post se ulcisci volumus.

Votum Aristidis.

florum plausu regreditur Princeps; et enim aptiores haud quibant in regimem quærere, quam qui sciebat laesus ex corde inimicis parere. Claret Iephte, cuius benevolentia hostium consumpta malitia, & perveniens in Principatum propter lædentium indultum: igitur parva de se prius victoria difficiliori, potius est lauræa triumphi; quippequam concessa iniuriarum venia, devinxit sibi vel inimicorum corda. *Esto Princeps noster.* Uti Princeps vicit statim filios Ammon: quid magnum? Vicerat se. Unde luculenter Syrus d. v. 218. & 236.

Qui inimicis parci, inimicos vincit.

Syr.

Irasundiam qui vincit, hostem superat maximum.

Bis vincit, qui se vincit.

Etiā animā.

Sed obiter nota victoriam Iephte in signum victoriz inimicorum animæ: siquidem pravelet in animæ hostes, qui scit parere inimicis.

Ioan. 8. 28.

13 Ut magis memoria iniuriæ obliviscatur. Ut magis ratio parcat, ipsa ratio in ultionem non cognoscitur: quid ergo facit voluntas ut supereminat charitas? *Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum:* dixit Salvator Iudæis. Plura alibi dixi. Sese novum hominem, utpote cælestem exhibet; sed quid in illo latebat, protervitas inimicorum non cognoscit: & in signum virtutis internæ, asserit sanè cognoscendum fore in cruce; quippequam tunc homo interior cognoscitur, quum ab inimicis clavis tribulationis crucifigitur. Uulgo: *Entonces se conoce, que virtud hai en el hombre interior, quando los enemigos le ponen en una cruz.* Quis sim in maiore contumelia cognoscetis, cum fixeritis in cruce: equidem cum eximie sit studium charitatis, non solum parcere, sed etiam bene velle, insuper benefacere inimicis; eximiam prorsus videbitis dilectionem, quoniam pro illis haud renuam totum effundere sanguinem. *Tunc.* Non eximium, est magnum, decessu temporis conferre inimicis gratiam, quoniam tempus &

Confat quolis virtutis in corde, ex condonatione iniuriæ.

Summa charitas, pro inimicis sanguinem effundere, in ipsa offensione.

Matth. 27. 34.

Summa tempus à corde expungit iniuriam. *Tunc* in stipite crucis, plusquam potest cogitari cognoscetis: igitur præ pectoris charitate, inimicis favebo etiam in ipsa offensione. *Tunc* scietis quis sim ego, cum penderim in ligno. Filij Dei clarebit gloria, perpetrata in illum gratis indignissimâ iniuriâ (constabit ergo Centurionis voce, vobis dicentis: *Verè filius Dei erat iste*) igitur gloria Dei, et

taceret Centurionis vox, effundere totum sanguinem venarum, pro reconciliationem inimicorum.

14 Ipse vult trahere per crucem in pectus hostes; sed fugiunt attractionem charitatis. Quam pravo sint corde, constat ex pectoris flagrantissima fide: siquidem laesus in reconciliationem lædentem quærit; & offensor, cuius interest, gratiam fugit. Sic enim apud Ætanicum quæritur amor, & quia amor, de malo lædentis quæritur. Propert. 2. *Eleg.* 25. v. 18.

Immerita sustinet aure minas.

Ultrò contemptum rogat, & peccasse fatetur.

Laesus.

Altius contemptus, laesusque se gessit, qui delinquere non potuit: etenim propter amoris vehementiam non solum est sollicitus in gratiam; sed etiam propter æstuantem nimiam charitatem, etiam despectus lædentis quærit reconciliationem. Huius cum Iuda satagebat Salvator; corpusque suum illi dedit, est agnosceretur proditor. Quo ergo intuitu ita faveat inimicus homo? Dum corpus Christi manducatur, in corde edentis reponitur: corpusque despectus despicienti tradi dit; ut reconciliationi præ cordis studeret: an quiesceret in se versus, à cogitata proditione incogitabilis videns laesum & indignè quiescentem in eius corde. Vivide Hispanicè: *Discurrirò, no pudiendo sus finezas atraber el traidor à si, meterse en su corazon, estrechándose con él.* Ulteriùs. Corpus Christi inimicus accepit, ceterum non manducavit. Vide dicta *Tom. 1. T. 5. D. 7. n. 11.* Christus cognovit, & post talicis consecrationem, illi sicut & cæteris, sanguinem tradidit. *Matth.* 26. 27. Quod tradiderit in reconciliationem proditori corpus, in charitate tantæ dilectionis, magnum: restabat adhuc in demonstrationem summum: igitur si gratia insignis, in amicitiam procurare despicientem; excessus prorsus, quod præberit pro inimicis iniucio proprium sanguinem.

Propert.

Et laesus lædentis reconciliationem quærit.

Ioan. 15. 26.

Quanta in Christo sollicitudo de reconciliatione peccatorum.

Verf. 27.

15 Videris Iudæ pravitatem in proposito; equidem secum contendebat venundatus sub peccato. *Post buccellam introiit in eum satanas.* In amicitiam Christus inimicum sollicitus; sed inimicus diligentem amandat. Gratijs fovet, sed gratias expuit: allicit blandi, sed induatur mulcimine: diciturque, cum hac sine, satan eius possidere cor; quoniam ubi

Quò percontatio cordis.

ubi summa dilectio, respondere odios suavitati, fastidio, in amicitiam quæri, & reconciliationem proculcare; in gratiam admitti, & amore proterere; vendere amicam, supplantare beneficium, laesum supplicem videre, & nequaquam respicere; solummodo quibat facere perduellis, proditor perfidus, ac homo satana traditus. Didicit ex Caino harere semel concepto pravo proposito. Amisit in numen infidelitatis crimen, sed nequaquam cum Numine curat reconciliationem. Deus quærit; ut doceat non laesum, sed lædentem offensum debere quærere: & etiam ut constaret amor ex demonstratione gratiæ. At quid ille? Stetit, id torvâ facie. *Quare* (illi à Domino dicitur) *iratus es? & cur concidit facies tua?* Debebat rubore operire faciem & exprimeret mœlitiâ, cum videt Numen laesum illum inquirere in gratiam; sed ostendit adiatrephiam perfrictæ frontis, ac perviciam improvissimi pectoris: equidem offendens sese ostendit in amicitiam offensum, coram offenso amico torquendo vultum. Multa in hac didascalia eguerunt dialecticis Hispani idiomatis: *Raro, intolerante desfoco de un atrevido, malvado; darse por ofendido, torciendo el rostro.* Videat illis, facere beneficium, conferre iniuriam; & probra esse grata, quippequam perfecti patientia: & quia, ut ait Ovid. *Epist.* 16. v. 187. *Utilis interdum est ipsi iniuria passis.*

Genes. 4. 6.

Et protervitas mœlitiâ.

Ovid.

DIDASCALIA II.

Christi vitâ gloriosâ vivit homo mortuus, resurgit homo sepultus.

1 Iniuria sanè eius feret amor; modo homines morte, liberaret à morte, & non incumberet vitæ. Quæ utilitas in sanguine per diram crucem, si descenderet de cruce in corporis corruptionem? Hinc Angel. D. 3. part. q. 56. art. 1. inquit: *Mors Christi causa destructionis mortis nostræ: resurrectione verò est causa reparationis vitæ nostræ.* Per eius passionem naturæ lapsa universum notum gaudium, verum restabat aliud gaudium occultum; quia ut esset plenum, per corporis vitam ostenturatur nostram gloriam. De Samuele quod dicitur, *Indicavit universos sermones, & non ab-*

D. Thom. Christi resurrectio generis humani reparatio.

1. Reg. 3. 38.

scendit; aptè in presentem gratiam cadit: indicata per passionem mors, quæ mortuus verum vita abscondebatur in pena: Christusque qui universa per passionem indicavit, gloriam occultam hominibus non abscondit; quippequam illo surgente, homo qui consors vitæ, fuit etiam gloriæ. Omnia quæcumque à Patre audivit, nota discipulis fecit: cæterum subdit emphasi singulari, *Ahuc multa habeo vobis dicere.* Habet multa dicenda, qui dixit omnia? Sanè: locutus fuit de passione: sed restabat de gloria sepulta in cruce: & dum surrexit, cunctis dicitis, nil abscondit; quia non solum homo solutus à morte, sed gloriam habuit in acquisitionem vitæ. De Hercule fictum (uti observat Natal. de Comitib. lib. 8. *Mytholog.* cap. 3.) ut Hefionem, barathro ac draconis, sub forma Ceti, devotam (ideoque cautibus maris catenis adamantinis ligatam) liberaret à morte; in monstrum adveniens totis viribus irruisse, atque triumphum, sepulcra vitæ, de dracone reportasse. *Ubi verò Cetus (inquit) accessisset hians, in eius os Hercules irruit: ubi cum per triaduum fuisset; ceto disrupto exiit, & Hefionem liberavit.*

Ioann. 15. 15. & 16. 12.

Typus agoniæ triumphantis.

Nat. Com.

Non omnia grandior ætas. Quæ fugiamus habet. Seris venit usus ab Ovid, annis.

Natura humana (obnoxie dedita morti ab originaria labe) gemebat infelix, uti absorbenda à Dracone. Os laci aperuerat fauces, quin captiva posset fugeres quippe premebatur noxæ adamantino ligamine. Serpens accepit per comitem mortem, ut devoraret quem hominem vidit; sed medius merito crepuit: igitur qui mortuus (inter mortuos liber) trididit iacens in sepulchro: ceto disrupto, dracone perempto, victor immortalitate exivit, & hominis naturam à morte & catenis liberavit, mundo canente victoriam; dum ille ostendit gloriosissimè naturam, quam invenerat morti ac draconi damnatam.

Homo mortuus eius liberatur à morte.

Funera viva gerens, vivax in morte cadaver, ac sine morte tamen, vitali morte perempta. Et rediit viva salus, reduci per membra vapore nascitur, & calidus repetit vitalia sensus. Dracont. de Oper. sex dier. v. 380. igitur quæ viva humana conditio moriebatur, morte vitali Assertoris in libertatem educitur.

Dracont.

Marth. 12. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terre: dixit Salvator. Historiam Iona Herculi tribuerunt Ethnici: ad Salin. Tom. 2. in Ionam, q. lit. 39. n. 11. & Sanct. tam hic à n. 21. quàm in 1. Masb. 3. 48. n. 44. Quorsum ergo collatio Ionæ in ceto viventis & sepulti, cum triumpho ac victoria Salvatoris verè mortui? Claret nova, insignisque victoria morte perempta. Ni Christus pareretur, in mortem irruendo, mortem; naturæ morienti haudquaquam concessisset libertatem: & sicut Ionas in ceto, dicitur vivus, cum in sepulchro esset mortuus; quippequam (destructâ vorante morte, & morte propria suffocato serpente) vitâ per mortem gloriosâ, in gloriam quoque surrexit quæ catenata natura. *Mulier, quid ploras? dicunt Angeli. Quia tulerunt Dominum? Excute ab oculis fletum. Sicut Ionas in ventre ceti, sic Christus intra concava sepulchri; non ergo est in planctum, sed in triumphum: igitur ex mortalitate assumptâ immortalitas est nata: ac partâ in morte singulari victoriam; superflua lachryma.**

Rom. 6. 2. *3. Consepulti sumus cum Christo in mortem (ait Paulus) ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Christum immortali gloriâ à morte surrexisse, certum est: verum difficile captu, Ita & nos. Quomodo ergo nos feliciter immortales sicut Salvator quum resurrexit à mortuis? Phœnicem surgentem (ut accinit Claudian. Epigram. l. v. 76.)*

Claudian. *Innumera comitantur aves, stipatque volantem. Alituum suspensa cohors exercitus ingens. Vita Christi surrexit sicut Phœnix è tumulo: homo consepultus cum illo: & ita nos translati de morte ad vitam; quippe Christus verus Phœnix surrexit è morte in gloriam. Nunquid consitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam? Nullo modo. Homo post mortem redigitur planè in cinerem, quo nequit resurrectionis confirmare veritatem: unde cum gloria Christi homini communicatur, immortalitas gloriosa resurrectionis ostenditur; quippe in homine ex dono resurrectionis, gloriosum iam resurget, quod erat pulvis. Surgentis ergo phœnici constat inconcussa veritas, ubi in pulvere relucet corporis claritas. Perpicuum utique ex hominum immortalitate testimonium: quandoquidem multa corpora*

Pfal. 29. 10.

Sanctorum, qui dormierunt surrexerunt.

4. Fletatur calamus in testimonium Pauli. Non dicit ergo nostram vitam ex cordis halitu, sed ex sepulchro. Hinc non signat vitam nostram, novam vitam; sed acuminis mirâ subtilitate, vitam nostram in novitate vitæ. Corpus quiescit, ficat; daver, in sepulchro: vitâ verò vivit homo. Sic vivere, haudquaquam singularitas: vivere è sepulchro, est vitâ novitas, ut quid mirificè singulare: dicitque Paulus non vitam novam, sed novitatem vitæ; quoniam vitæ prorsum admirabilis novitas, quod ex morte procedat gloriosa vitæ vitalitas. In sepulchro & ex sepulchro floret Christus: floret etiam homo mortuus. Cum illo simul sepultus tanquam cum Phœnice singulari: & quomodo Christus surrexit, ita & nos mortui in novitate vitæ; quippe novitas summa, ex iniuria data gloria, immortalitas per mortalitatem, vitâ per mortem. Ita & nos. Est misericordia super vitas. Gratiam & gloriam dabit Dominus, ut Christus sit primogenitus in multis fratribus. Dedit per sanguinem vitam gratiæ; per resurrectionem gloriæ; igitur mirabilis splendida immortalitas ipsa vivificabit mortalia corpora nostra. Haud noviter viverent homines, si iacerent pulvis: daturque simul ex Christi resurrectione gloria corpori; ut simus conformes imagini filii sui. Adinstar Phœnicis fuscitatur, quippe Christus germinavit sicut Phœnix. Vivere vitâ non novum: novum sanè vivere per sepulchrum. In sepulchro vitâ? Clara. Vivere in regione mortis, conditio claret Phœnicis: non singularis vitâ, ni ita gloriosa: exprimitque Paulus hominum vitalitatem singularitatem; quippe sequuntur gloria Christum Phœnicem.

5. Phœnix (inquit Zeno Veronensis, Zeno Ver. serm. de Resurrect.) *avis illa pretiosa, resurrectionis evidenter nos edocet iurâ: cui sepulchrum nidus, illa favilla nutrimentum. Denique post monumentum festo exultat in tumulo non umbra, sed veritas: non imago, sed Phœnix: non alia, sed, quavis melior, alia; tamen prior ipsa. Appositè Paulus ait: Vivo autem, iam non ego: exivit verò in me Christus. Vita Pauli constabat per vitam Christi. Ipsa & alia, quæ prior ipsa: equidem in vitam gloriæ & novitatem vitæ, vivendo surrexit Paulus; quia primus surrexit Christus. In Christo novitas vitæ est: quomodo Christus surrexit, ita & nos: igitur*

Cur Christus surrexit in Phœnicem

Etiam hominibus

Galata. 20. Resurrexerunt nos à Christi resurrectione.

Tertull. *Securus moritur, qui scit se morte renasci. Mors ea non dicit, sed nova vita potest. Nihil expressius, nec signatius Phœnicis in huiusmodi causam, corporis corruptibilis dicentem gloriam: etenim si cæteræ avium oriuntur variè in interitum, festivi morimur homines instar Phœnicis in ortum. Sepelitur vivus Phœnix & moritur. E sepulchro de morte ac de funere renascitur. Mori claret angoris molestiâ, renasci ex doloris gloria. Cum Phœnix habeat gloriam renascendi in vitam; uti Phœnix homines habent renascendi in gloriam: hominesque gloriosâ resurrectione Salvatoris signantur uti Phœnicis; quoniam non moriuntur ut intereant, sed ut immortales floreat: etenim inveniunt vitæ principium, quod pridem mortis signaculum.*

6. *Scio enim quiddam Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: dicit Iobus. Iam enim connotando redemptionem, effusum ostendit sanguinem; qui captivitatis lytrum, & totius generis cleutherium. Vicit ergo Redemptor hominum mortem, per passam induens immortalitatem: resurrecturumque se simul Iobus cognoscit, quippe Christus resurrexit. De terra surrecturus: ergo iacet etiam redactus ad terram. Unde ergo scit, quod iam pulvis reduci possit in gloriam? Ex Redemptore vivo, qui iacuerat in sepulchro, Iobi restituit caro? Utiq; resurrectionis Christi causa patet resurrectionis nostræ. Iacebat caro, quoniam non facta redemptione. Iacebat pulvis in pulvere tertæ, quousque Redemptor N. ut Phœnix floruit de funere. Quare cum gloria quæ corpus constat, etiam hominibus habeat; gloriose surrecturus se sperat Iobus: quoniam ut Phœnix gloriose surrexit Christus. Nostra micabat felicitas ex quo*

7. *Hinc addit: Dicebam in nidulo meo moriar, & sicut palma (Tertullian. Tertull. quò supr. & Prisci Hebræor. apud Maluend. hic & Sicut Phœnix) multiplicabo dies. Nidus est quo in vitam accipitur esse, nequaquam quo amittitur desitio. ne. Quo nascitur, non quo moritur. Sepulchrum indicium fati, quo ducimur debili fragilitatis conditione. Quomodo ergo simul In nidulo & Moriar? Habet iam ad resurrectionem exemplar: dicitque meditantur nidulum, ubi nativitas, sepulchrum ubi mortalitas; quippe ex Christi gloriosa resurrectione, ipsum sepulchrum principium gloriöse vitæ. Phœnicem innuere sequuntur aves. Multo cæterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium: inste Iosachim. Camerac. lib. 3. Emblem. 100. Splendor patet undique pulcher, eius qui in tumulo spectabatur cadaver. Conveniunt volucres, quæ viderunt finem, ut Solis mirerentur avem. Hæc, ut canit Claudianus ubi supr. v. 102. vitam mortalem consecrat; ut pretiosorem ac diutarniorem obtimeat. Vivit per mortem.*

Præbetur origo per cinerem.

Avis mystica exprimit Christi resurrectionis virtutem & veritatem; surgente è pulvere homine, Christo à sepulchro surgente: sepulchrumque vocatur nidulus, quo describitur ortus; igitur Iobus qui iam sepultus multiplicabit dies; quippe Christus Dominus germinavit sicut Phœnix. Iam per Phœnicem homines Phœnicis facti; quoniam gloria immortalis donanda pulveri. Magnum è gloria Christi nobis emolumentum: verum si non gloria Phœnicis, nihil magnum. Magnum quo signaculum mortis origo vitalitatis, cuius spe gaudet Iobus, dum surgit Christus; equidem hominibus dicitur nidum, proprium avium; quoniam resurrectio nostra profectò adinstar Phœnicum.

Tertull.

Matth. 10. 31.

Iosch. Camer.

Iam mors vitalis.

Iob. 19. 25.

Et vita mors in novitate vitæ.

in corpore Christi naturalis immortalitas; ut ei essemus conformes, qui mortis viribus reputabatur ut pulvis, vitâ novâ immortalis, atque novitate vitæ: igitur gloria non tantum datur hominibus, sed cadaveribus; quoniam in vitam immortalem corpora haud surrectura de vita, sed de terra. De terra alia & eadem, ipsa & alia; conditionis eiusdem & alterius gloriæ, ob vitæ novitatem, & carni concessam incorruptionem: siquidem uti Phœnicem comitantur aves, ita Christum florentem sequuntur homines.

7. Hinc addit: *Dicebam in nidulo meo moriar, & sicut palma (Tertullian. Tertull. quò supr. & Prisci Hebræor. apud Maluend. hic & Sicut Phœnix) multiplicabo dies. Nidus est quo in vitam accipitur esse, nequaquam quo amittitur desitio. ne. Quo nascitur, non quo moritur. Sepulchrum indicium fati, quo ducimur debili fragilitatis conditione. Quomodo ergo simul In nidulo & Moriar? Habet iam ad resurrectionem exemplar: dicitque meditantur nidulum, ubi nativitas, sepulchrum ubi mortalitas; quippe ex Christi gloriosa resurrectione, ipsum sepulchrum principium gloriöse vitæ. Phœnicem innuere sequuntur aves. Multo cæterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium: inste Iosachim. Camerac. lib. 3. Emblem. 100. Splendor patet undique pulcher, eius qui in tumulo spectabatur cadaver. Conveniunt volucres, quæ viderunt finem, ut Solis mirerentur avem. Hæc, ut canit Claudianus ubi supr. v. 102. vitam mortalem consecrat; ut pretiosorem ac diutarniorem obtimeat. Vivit per mortem.*

Præbetur origo per cinerem.

Avis mystica exprimit Christi resurrectionis virtutem & veritatem; surgente è pulvere homine, Christo à sepulchro surgente: sepulchrumque vocatur nidulus, quo describitur ortus; igitur Iobus qui iam sepultus multiplicabit dies; quippe Christus Dominus germinavit sicut Phœnix. Iam per Phœnicem homines Phœnicis facti; quoniam gloria immortalis donanda pulveri. Magnum è gloria Christi nobis emolumentum: verum si non gloria Phœnicis, nihil magnum. Magnum quo signaculum mortis origo vitalitatis, cuius spe gaudet Iobus, dum surgit Christus; equidem hominibus dicitur nidum, proprium avium; quoniam resurrectio nostra profectò adinstar Phœnicum.

Cap. 29. 184.

Sepulchrum vitæ principium.

Camerac.

Claudian.

Et vita hominibus.

Chri.

8 Christi igitur lucet celsitas & resurrectionis magnitudo, dum è morte vivit homo: equidem nihil magis celsum, ac singulare, quam è morte non solum vivere, sed gloriose. Symbolum habuit mysterium, dum visum in Iona singulare miraculum. *Sicut fuit Iona in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terre: dixit Assertor N. ut vidimus supr. Mira sanè in utroque miraculo sunt; sed longè distant, ut intelligatur Sic. Christus iacuit in sepulchro non vitali & etiam mortuus: Iona mansit in sepulchro vivo vivus. Precepti rotatur, & profundo immergitur, Exceptus inde bellainis faucibus, Aloi capax vivus bauritur specu. Succinit Prudentius in Cathemer. versf. 1002. Si Christus moritur, & Iona vivit: quemam inter utrumque similitudo intercedet? Magna & propria. Sic fuit Christus in cavitate sepulchri, sicut fuit Iona in ventre ceti: Ionaque sepulchrum, Christi sepulchri est speculum; quoniam si Iona habuit in sepulchro vitam, vitalem Christus hausit è sepulchro gloriam. Floruit Christus sicut Phoenix, equidem de funere fulguravit immortalis. Vita sepulti vitaliter Iona, fuit imago singularis Christi sepulchri: voces mortis & viventis videntur expellere similitudinem; sed demonstrant dissimilitudinem proprietatem: Sic, quanvis intervenit mors: igitur si Iona vivus in ventre ceti sepelitur, Christus sepultus ut Phoenix in ipsa morte non moritur.*

9 Quid ergo homini ex huiusmodi gloriosa vitalitate? Inuit Iuvenens lib. 2. *Histor. Evangel. v. 704.* Signa à Pharisæis pro miraculo petita: & dum negantur, conceduntur maiora. Unde Christus alloquitur: *Signa sibi, rebus stabant sed signa futuris: Namque Propheta cavo quantum sub pectore ceti Temporis absumpsit; terra in penetralibus alis Progenies hominis tantum demersa manebit. Advenit tempus, quum surget reddita vite Gens hominum, proprijs in sletum dedita gestis. Graphicè & vividè collatio Christi cum Iona; sed quamam resurrectionis eius cum natura humana? Quid Christi è sepul-*

Math. 12. 40.

Prudent.

Christus in ipsa morte non moritur

Iuven.

chro gloria, ut conditio nostra è pulvere exurgat reddita vita? Effectus surgentis è sepulchro Salvatoris, cum homines iam sepeliantur ut Phœnicis. *Homines semel interibunt* (insit Tertullianus) *avibus Arabie de resurrectione securis*. Surrexit Christus propter nos homines, qui proprijs gestis iacbamus pulvis: igitur cum eius gloria sit nostra, & à vita manet vita; homo ex ipso pulvere gloriosissime surgit, quia Christus homo è sepulchro ut Phœnix resurrexit. Nunquam proprius, appositivè quàm in huiusmodi articulo, Pierij Valeriani lepidissima observatio. Sepulchrum, inquit lib. 24. cap. 15. significatur per cor. *Conditorum per cordis effigiem exprimere consueverunt: unde in sepulchri etiam significationem cor accipiunt.* Sepulchrum signum est mortis, cor verò vitæ principium & radix: ex contrarijs efformatur proprietates, ut eluceat surgente Salvatore nostra singularis felicitas; siquidem surgit homo, surgente Christo. Reddita natura vitæ, quæ mancipata indeclinabili morti: sepulchrumque cordis exprimit similitudinem; quia à sepulchro Christi mortua accipit vitalitatem.

10 Duplex mors signatur in homine; seu mortis effectus duplex, uti diximus, *Tom. I. T. 3. D. 10. n. 15. 2. T. 6. D. 7. à n. 12.* scilicet, ubi in cadaver redegerit hominem, atque cadaver in pulverem. Hoccine discrimen invenitur passim in Scriptura, ut cum dicitur: *Mortem videre*, non pati: *gustare mortem*, non bibere: *dormire requiescere*, ac *ex hoc mundo transire*: quasi naturæ necessarius effectus, & in beatitudinem transitus. Vide Ioann. 8. 51. 52. 11. 11. & 13. 1. Modò scrutandum tritum Pauli testimonium. *Statutum est hominibus semel mori.* De vita fragili utunque certum. Unde Euripides in *Aleff. v. 781.* *Omnes homines debent mori: & Horacius lib. 1. Carmin. Ode. 28. v. 16.* inquit: *Calcanda semel via lethi.* Verùm aliter sensus, ubi mors cadaveris, si pulvis: pro cuius libertate mors Christi iurè dicitur mors mortis: *Osee 13. 14.* Si sicine duplex mors hominum; qua lege iam semel tantum statutum? Quia Christus forrexit gloriose è tumulo, semel duntaxat moritur homo. Pridem bis, quippe moriebatur, & in pulvere iacebat: modò semel, cum mors halitu vitali privat; quoniam per Christi Phœnicis resurrectionem, etiam in ipso sepulchro ha-

Tertull. Vita nostra è Christi vi

Pier. Val.

Sepulchrum symbolum cordis

Mors iam non mori.

Hebr. 9. 27. Eurip.

Hom.

Quomodo?

habet immortalitatem. Afferunt præfato testimonio Tertullianus: *Homines semel interibunt, avibus Arabia de resurrectione securis*. Semel moritur homo, si secura resurrectio: & resurrectione Christi, statutum est hominibus semel mori; quippe quàm est pulvere influxu mortis gravati, iam non manemus in pulvere. Semel tantum, etiam præ morte habitantes sepulchrum; quia non tantum data vita, sed etiam gloria, ex gloria atque vita resurgentis, queis cadaverum pulvis iam non pulvis: etenim ni Christus Phœnix gloriosus extra sepulchrum, bis homines moreretur.

11 *Morte morieris*, pro pena fulminatur Adamo. Ubi fracta lex, duplex obijcitur mors. O infelix Adamus! Sedenim quid dicit Iobus? *In nidulo meo moriar.* Semel tantum. Cur ergo semel Iobus, & bis Adamo? In Adamo invicta persistit mors; equidem nec exprimit resurrectio nis spem. Aliter moritur Iobus, igitur de Terra, ut vidimus, *resurrecturus*. Uterque moritur: utriusque cadaver sepelitur. Adamus pulvis est, & in pulverem revertitur: pulverem Iobus ad vitam revocat, quippe dies instat Phœnicis multiplicat. Bis moritur qui pulvis in sepulchro iacet, semel qui è pulvere sepulchrali florescit: Iobusque adhuc vivit in morte, Adamo iacente in pulvere; igitur qui pulvis, moriendo moritur; & qui non pulvis, etiam moriendo renascitur. Adamus moriendo moritur: Iobus verò sine morte moritur; quippe non mors sed vita dicenda, dum uti Phœnix cadaver exurgit è sepultura. Bina mors insurgit in hominem, morte redactum ad pulverem. Prima, quia corpori admittitur vita: secunda, quia etiam deletur cadaveris forma: & morte Adamus moriendo moritur, ubi in pulverem redigitur; quippe quàm à secunda morte homo nullatenus liber, quando post intrusam mortem etiam moritur cadaver. Sepulchrum falsum dicitur Phœnicis.

Falsique sepulchris Natalis habitare vires. Apparente Christo Phœnice in gloria, vitam habent vel cadavera. Mors natalis habet vires, in funere hominis. Quid mirum, si cadaveri decus gloriosum; sepulchrum falsum, vel fidum?

12 Sol apud Ægyptios dicitur avis, quæ dicitur Phœnix. Vide Horum lib. 1. cap. 33. & Scaliger. *contr. Cardan. cap. 233.* Unde Alapide in *Michaam, 4. 2. dicitur Tom. V.*

Tertull.

Gen. 2. 17.

Iob. 29. 18.

Spe resurrectiois mors vitalis.

Claudian.

Sepulchrum Phœnicis falsum.

fit: *Unicum dixerunt esse phœnicem, quia unicus est Sol in mundo; atque interire & renasci, quia Sol occidens vespere, manè rursus oritur, & quasi resurgit iuxta illud Ovidianum, lib. 15. Metam. fab. 38.*

Alapid.

Una est, qua reparat, seque ipsa refeminet ales.

Ovid.

Phœnix est symbolum Solis, Solque Phœnicis. Phœnix Solis, quippe speciositate Sol inter aves. Sol Phœnicis, quoniam ortu & interitu Phœnix micat inter laces. Ita præstant indistinguibili similitudine; ut omnino indiscreti, præter quam ratione loci. Sol nascitur, moritur & renascitur in celo: Phœnix nascitur, moritur & renascitur in nidulo: hoccine celo exurgentis Phœnicis, & celo nido orientis fulgide Solis. Aspiciere Phœnicem, est videre in terris Solem: videre Solem, in tueri in cælis Phœnicem: hinc dum Iustitia Sol renascitur, Phœnix expunitur; quoniam si Sol apparet, iam Phœnix tulget.

Cur Sol Phœnix & contrâ?

13 Qui cognoverunt Dominum, & eius de mortalitate triumphum, redeuntes ex Emmaus, in urbem Ierusalem; *Invenierunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes: Quid servavit Dominus verè.* Unde constat verè. Dicemus latè *Tom. 7. Taut. 2. n. 11. & 14.* Constat verè, ex introeuntium narratione: equidem narraverunt, evanescente ab eorum oculis, *quomodo cognoverunt eum in fractione panis.* Per fractionem panis significari Eucharistiam, claret ex Paulo, 1. Cor. 10. 16. dicente: *Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Ita etiam asserunt Expositores. Cur ergo Christus immortalis facie ad faciem non agnitus à discipulis, & illum cognoverunt in fractione dati panis? Si quia peregrinus, magis peregrinus in Eucharistia, ubi alius substantiæ obijcitur accidentia: quapropter Angelicus Doctor *Opuscul. 57.* inquit: *Visibile invisibiliter sumitur aliena specie occultatum.* Unde clatior eius gloria constabit ex Eucharistia? Facilis expositio. Christus Dominus gloriosus in angusto Sacramento. Si non resurrexisset in Sacramento tunc gloriosus non maneret. Eset tunc in speciebus sacramentalibus, sicut erat in sepulchro sacrum corpus. Ostendere discipulis voluit gloriam, & in fidem resurrectionis præbuit illis Eucharistiam: equidem si corpus in Sacramento, gloriosus iam sur-

Luc. 24. 34.

Verf. 314

D. Thom.

Ex sacramento altaris constat gloria resurrectionis.

rexerat è sepulchro. Gloriam novam cognoverat, quando de mensa sacra corpus gloriosum participarunt. Christus fulget uti Sol in altari; Phoenix oriens florer è nido sepulchri. Idem Sol oriens atque Phoenix resurgens: & cognoscentes Solem in Sacramento, cognoverunt Phœnicem surrexisse de sepulchro. Verè surrexit, qui ut Phœnix surgit. Quod summè novum difficulter credibile: antè existimabant discipuli se visum videre. Quæ videbant, mirabantur, negantes fidem oculis, & præ gaudio non credentes. Alia firmanda specie, quæ dubij cernebant oculi: & in Eucharistia se exposuit orientem Solem; ut eius resurrectionem cognoscerent per Phœnicem. Alia occurrunt, verum alibi.

14 Sedenim præterire non possum observationem Plinij, Surrectionem Phœnicis in vitam novam incipere ait, lib. 10. cap. 2. Quo die signum Arctis Sol intraerit. Signum Arctis immolati est venerabile Sacramentum Eucharistia. Ibi Christus gloriosus, immortalitate donatus. Hac fide imbuendi discipuli vivaci simili specie: cognosciturque in fractione panis, quando immortalis obijcitur oculis; quippequam Sole intrante in signum sacrum Arctis, iam resurrectio Phœnicis. Phoenix novus, formâ priori similis oritur: Pater, oriente mox Sole, moritur, novo pullo in regna sua transfingente: inquit Pier. Valerian. lib. 20. cap. 1.

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas.

Omnia destruitis, vitiaque dentibus ævi. Quæritur Ovidius quò dudum, fab. 3. Christus, qui ab Adamo (Phœnice mortali) in similitudinem eius factus, Phœnix novus; dum ille transgressione in conditionem descendit morientem; surrexit in spiritu vivificantem. Invidiosa vetustas excogitavit speciem, verum ignoravit proprietatem. Adam Phœnix homo vetus: Christus, similis priori, Phœnix & homo novus. Oriente Sole videntur mirabilia, ut acciperet vetus per novum, quæque amiserat regna; cui impossibilis resitatio, ni moretetur peccato: orienteque Sole vetus Adam Phœnix moritur, dum Phœnix novus è sepulchro renascitur: quippe dum florens gloriosus surrexit Christus, instar Phœnicis resurrexit Adamus. Qui portamus imaginem primi, terreni fragilis; iam secundum portamus imaginem immortalis &

Plin. Quando re-
novatio Phœ-
nicis

Pier. Val.

Ovid.

Homini re-
surrectio à
Christo glo-
rioso

eccelestis; ut qui terreni è terreno iam non terreni, gloria participata dignatione ac dignitate secundi. Hic lambit tribulationum fugitivam aquam, ut ex victoria perveniret in gloriam: exaltavitque caput mirâ glorificatione; quoniam abundè è cruce se potavit de torrente: verum cum gloriam haud quæretet sibi, sed iacenti homini; ex gloria resurrectionis homines surrexerunt instar Phœnicis. Mortem Christus destruxit, &

Spes vitæ cum Sole redit.

DIDASCALIA III.

Vitia confiteri, sanitatis indicium est.

It Seneca, Epist. 53. Multa enim agri patiuntur, quia uti mala non cognoscunt: equidem reciperent sanitatem; si mala patientes, ut mala confiterentur. Haud facile valet, qui morbum diligit, & curari renuit. Omnes humanos sanat medicina dolores.

Solus amor morbi non amat Artificem. Id est, medicum: ut canit Propert. lib. 2. Eleg. 1. v. 57. Longè abest cor à salute, ubi amor morbi: repellitque medicum, qui se dolentem non cognoscit ægrotum: igitur ope medici carebit, ni dixerit quo laboret. Quanta nos vitiorum nostrorum oblivio sequitur, etiam corporalium (subdit Stoicus) que subinde admonent sui; nequid illorum, que eò magis latent, quò maiora sunt. Necessè est fateri. Contrà evenit in ijs morbis, quibus afficiuntur animi. Quo quis peius se habet, minus sentit. Hinc dolorum non amant expulsores archiatrum, quoniam præ vulnerum multitudinem nec habent sensum: perperuoque periculo vitæ, dolores consulunt & nequaquam sanitati; equidem prævalebit ægritudinis labor, quia de tanto dolore nullus est dolor. In morbis acutis (ait Hippocrates lib. 7. Aphorism. 1.) Frigus partium extremarum, malum. Malum refrigerium? Refrigerium est acuti morbi lethalis indicium. Magnis accidit (subdit hic Leonice.) viscerum inflammationibus: ijs viscera peruruntur, extrema autem partes frigescent. Malum & pessimum, quod apparet uti bonum: equidem sine læsione esse internâ manifestant exteriora, dum sunt inflammata viscera. Haud ali-

Iudic. 7. 5.

Iuvenal.

Senecæ

Propert.

Longè cor
à salute, ubi
amor morbi

Senecæ

Quò quis pe-
ius se habet,
minus sen-
tit.

Hippocr.

Leonice.

100

ter usuvenit in morbis animi, affecti putris pruriginè vomica, qua pelus se habet, qui non sentit; & symptomata latent intra cor, quo maiora in perniciem sunt: igitur extrema sine dolore altè patientis frigescent, cum inflammatione viscerum. Qui habet spem resituenti in sanitatem, fatagit in labia propulsare febrem; ut indicent ulla per pulsus extrema etiam inflammata viscera: equidem cum patulum malum sit sanitatis indicium, tunc febris peccati absconditur quum febris latens ostenditur.

2 De Samuele exponente pœnam & peccata Heli, dicitur: Indica vit ei universos sermones, & non abscondit ab eo. Si universum indicatum, nihil absconditum. Aliter in confessione pro remissione peccati: diciturque de Samuele, ne quicquam abscondisse, & universa indicasse; quippe in sanitatem animæ absconditur, quicquid peccator indicando confitetur.

Magna est medicina fateri, quod nocet abscondi: quoniam sua vulnera nutrit. Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti. Succinit Sedulius, lib. 4. à v. 76. & Gregor. Magn. Homil. 40. in Evangel. subdit: Virus peccati salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente: confessioneque vulnus quod non absconditum reatum, atque sanitati restitutum; quoniam ita è celo promptum iuvamen, ut in salutem expectet vulneris explicationem. Latro illic ut ager pro salute clamavit, vulnera ostendit: veniam & sanitatem obtinuit. Applicat Deus manum auri, si quis loquitur voce exili: etenim actum porrigit manum auxiliatricem, modo audierit dolentis aliquomodo vocem. Ut sanet inclinatur aurem. O quam sublimis latronis confessio (inquit Bernard. de Divers. serm. 40.) per quam de patibulo ad regnum, de terra ad cœlum, de cruce ad paradysum ascendit. Intueor latronem se accusantem, Christum excusantem, & Dominum promittentem. Hæc duo ita sibi invicem coniuncta sunt; ut cognoscere se non possit nisi peniteat: penitere non possit nisi se cognoscat. Unde ut abscondantur peccata, & cordis sanentur vulnera; à crimine debet esse compunctio, à penitentia afflicto, & à conscientia confessio. Unde Bugnotius in illud Benedicti Regul. 8. cap. 7. grad. 5. Injustitias meas non aperui; succinit;

Ei virus
abscondit.

1. Reg. 3.
&

Sedul.

Greg. Mag.

Confessione
vita cordis
plaga, cui
queritur me-
dicina.

Luc. 23. 43.

Bernard.

Latronis in
cruce con-
fessio infi-
gnis.

S. Bened.

Tom. V.

Sic tibi Summe Deus, facillique bonoque fatebor
Vulnera, vulneribus quò medicare meis.

3 Mors peccatorum pessima, cuius exemplum habent in Antiocho Epiphane, damnato (ut causa exigebat) cum confessione & sine confessione. Apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara interiorum tormenta; quæ contracta ab eius nimis insolenti malitia: hinc cepit ad agnitionem sui venire, divotâ admonitus plagâ. Orabat hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecutus. Si Dominus prælabilis super peccatorum malitia, quo pacto in dolorem consentiens Antiochi non prompta misericordia? An quia dolor eius ex dolore videtur, & nequaquam peccatorum? Afferit D. Thom. 3. p. q. 86. art. 1. ad 1. Aliam verò causam indicat Textus: gravabatur amarissimis tormentis, cum penitentie cordis, cognoscentis huiusmodi cruciaminum dotem à peccatis emanare, cuius vita replebatur torminum amaritudine; Torquebatur ut resipisceret, & doluit; licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Ut inveniat dolor & confessione divina clementia, his debet à corde amandari malitia: & Dominum clementer exorat in pietatem scelestus, à quo non erat gratiam consecutus; quippe vel in clementissimo nec species est clementiæ, dum viget malitia in corde. Salutem corporis à Domino deprecabatur; ut magis offenderet cuius gratiam expectabat, sine emendationis proposito (etsi adesset criminum cognitio, atque etiam iniquitatum confessio) imò totum pondus malitiæ servabatur in mente; ut perliceret corpore valido, quod cogitabat impius in corpore moribundo: & cum non fat in gratiam voces doloris & penitentiae, sine cordis penititudine; nequibat obtinere misericordiam, habens in corde detestabilem malitiam: etenim enixè effragitabat ac vaferimè salutem, eo tempore quo cupiebat totam Dei frangere legem.

4 Hinc dicitur vel Deum implorans, Scelestus: id est, impius, flagitiosus. Scelesti, flagitiosi & impij accedant, ut mudentur, ad confessionem; cordis percussione pectoris exprimentes penititudinem: at nequaquam persistunt in confessione scelesti, implorantes Dei pietatem; ut eius gratiâ possint consequi salutem: hicque crimina, obsecrans, plane fallus, dicitur iurè malignus & sce-

Cabr. Ba-
gnor.

2. Mach. 9.
5.

Verf. 11. &
13.

Fallax ad
Dum con-
verso & pe-
cati peni-
tudo.

Verf. 8.

Non fat
vox peni-
tentia sine
cordis con-
tritione.

101